Ds qui nos p beatos aplos tuos ad cognitione(m) tui nominis uenire tribuisti. da nobis eor(um) gl(ori)am sempiterna(m) et p(ro)ficiendo celebrare. et celebrando proficere. P(er). Ad Efesios

Fr(atre)s. Iam non estis hospites et aduene. sed estis ciues s(an)c(t)or(um) et domestici d(e)i. sup(er)edificati supra fundamentu(m) ap(osto)lor(um) et p(ro)ph(et)ar(um). ipso summo angulari lapide x(rist)o ih(es)u. in quo om(ni)s edificatio constructa. crescit in templu(m) s(an)c(tu)m in d(omi)no. In quo et uos coedificamini in habitaculu(m) d(e)i in sp(irit)u s(an)c(t)o. Gr(adua)l(e). Constitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui domine. V. Pro pa-

tribus tuis nati sunt tibi filii propterea populi confitebuntur tibi. All(eluia). V. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annuntiat firmamentum. Sequentia.

Clare sanctorum senatus apostolorum princeps orbis terrarum rectorque regnorum. Ecclesiarum mores et uitam moderare. Que per doctrinam tuam fideles sunt ubique. Anthiochus et remus concedunt ubi petre regni soliu(m). Tyrannidem tu pavle alexandrinam inuasisti greciam. Thyopes horridos mathee agnelli uellere. Qui maculas nesciat aliquas uestisti candido. Thoma bartholomee iohannes philippe symon. Iacobique pariles andrea thathee dei bellatores incliti. Nuos occidens et oriens immo teres mundi cyrculus se patres habere gaudet et

Fr(atre)s. X(ristu)s p(ro)pter nos factus est pro nobis obediens usq(ue) ad mortem. morte(m) aut(em) crucis. P(ro)pter quod et d(eu)s illu(m) exaltauit et donauit illi nomen q(uo)d est super omne nom(en). ut in nomine ih(es)u omne genu flectatur celestiu(m) terrestriu(m) et infernor(um). et omnis lingua confiteatur. quia d(omi)n(u)s ih(esu)s x(ristu)s in gl(ori)a est dei patris. Gr(adua)l(e). X(ristu)s factus est pro nobis obediens usq(ue) ad mortem mortem autem crucis. V. Propter quod deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Aevia. V. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regem celorum et hominum.

Perpetuu(m) nobis d(omi)ne tuę miserationis p(rae)sta subsidium. quib(us) et angelica p(rae)stitisti suffragia n(on) deesse. P(er).

Benedicite domino omnes angeli eius potentes uirtute qui facitis uerbum eius ad audiendam uocem sermonum eius. P(salmus). Benedic anima mea d(omi)no et omnia que i(ntra) m(e) s(unt) n(omini).

terraru(m) mundus exultat. Sed et supernę uirtutes atq(ue) anglicę potestates ymnum glorię tuę concinunt sine fine dicentes. Co(mmunio). Spiritus qui a patre procedit aevia ille me clarificabit aevia aevia. Post co(mmunionem). Concede q(uesumu)s om(ni)p(oten)s d(eu)s s(an)c(t)am nos sp(iritu)m uotis p(ro)mereri sedulis. quatenus ei(us) gr(ati)a ab omnib(us) liberemur temptationib(us) et peccator(um) nostroru(m) indulgentia(m) mereamur. P(er) eu(n)dem.